

CIII

In multis sicut habuit aureolam virginita-
 tis et effusionis sanguinis. sic habuit et p-
 dicatōis. Nonne ipsa virum convertit. Non-
 ne cognatum suum rationibus multis ad fide-
 duxit. In hac virtute dicebat dominus apostolus Lu.
 vlti. Sedere in ciuitate donec induamini
 virtute exalto. hec enim virtus desuper data fu-
 it ad illuminandum ad loquendum. ad docen-
 dum. ad testificandum vnde dictum est Actu. i.
 Accipietis virtute spiritus sancti superue.
 in vos etc. eritis mihi testes. vnde ad signan-
 dum ista in linguis igneis spiritus sanctus appuit.
 Quia diuina sapientia maxime in linguis se-
 manifestat vnde dominus Lu. xxi. dicebat apostolus.
 Ego dabo vobis os et sapientiam. cui non po-
 terunt resistere omnes aduersarij vnde Sed ho-
 die non est sapientia non diuina scientia. sed regnat
 quedam grifonica et malicosa astucia ad-
 proximū inuoluendum. ad fallendum et ad
 confundendum Jere. iij. Sapientes sunt vt
 faciant mala. bene autem facere nescierunt.
 Quarto indigemus cum beata cecilia vir-
 tutis perseuerantie. vt in bono quod incepim-
 non deficiamus Quid enim valet optima
 fundamenta supponere parietes altos eri-
 gere. sed tectum non addere. Neque sancta ce-
 cilia bonum quod incepit vsque ad finem perdu-
 xit et optima morte conclusit. sicut enim le-
 genda ostendit Non enim pro christo mortimuit quod
 de eo prophetam dicere audivit. Isa. xl. quia
 dat lassam virtutem et his qui non sunt for-
 titudine et robur multiplicat Quis enim
 timeret talem auxiliatorem habet. vnde pro-
 pheta dicit in ps. Non peruenabis bonis eos
 qui ambulant in innocentia domine virtutis
 beatus homo qui sperat in te.

De sancta katherina Sermo. liij.

Denne columbe
 de argenteitate et posteriora docti-
 eius in pallore auri ps. lx. vij. quoniam
 duplex est status iusticie quidam pegrina-
 tionis in pugna per exercitium caritatis. quod
 dam fructus in gloria per desiderium ve-
 ritatis Ideo ab isto duplici statu potest bea-

tissima katherina non immerito comenda-
 ri. Primo a claritate nominis. quia nobi-
 lia rectitudinis euidentia cum dicitur pene co-
 lumbe de argenteitate. id est diuina eloquij eru-
 dite. habuit enim in sancta conuersatione re-
 ctitudinem iusticie. pulcritudinem sapientie
 et dulcedinem eloquentie quod patuit in di-
 sputatione quam fecit in qua quinquaginta
 phos oratores superauit. et ad fidem christi con-
 uertit. nec mirum Nam vt dicit ps. Eloquia
 domini eloquia casta arg. ig. etc. Secundo a digni-
 tate muneris. quia mirabilis britudinis as-
 fluencia. cum addit et posteriora docti eius in
 pallore auri Glosa Posteriora huius co-
 lumbe. id est vltima in specie auri splendent.
 quia postquam de mundo exijt. super aurum i carita-
 te lucet quod nunquam excidit Dicit igitur penne co-
 lumbe etc. **A** He mirum si columba
 fuit quam spiritus sanctus edocuit que virentibus
 folijs martirij. ad arcam summe thesaurisato-
 nis ascendit. Sed nota quod columba habet
 quinque proprietates. ratione quarum beata kathe-
 rina columba dicitur potest Est enim columba humi-
 lis in affectu. et per hoc designat simplicitatem
 innocentie lugubris icatu. et per hoc designat
 asperitatem. Mirabilis in visu. et per hoc
 designat sagacitatem prouidentie Lacerat in vo-
 latu. et per hoc designat obsequiositatem obe-
 dientie. Fertilis in effectu et per hoc designat
 fecunditatem continentie Porro columba est humilis
 in affectu siue pinctu. felle enim caret et ido-
 rostro non ledit. preda non accipit. nec vn-
 gulis aues discerpit. sic dicit psalmus et per hoc
 designatur simplicitas innocentie. quam ka-
 therina virgo corde tenuit. ore docuit. et
 ope custodiuit. et ideo promeditur a spouso suo
 christo Cant. vi. vna est columba mea. id est non du-
 plicitate animi sed simplicitate desiderij quia
 virtutibus et carismatibus leua simplicitate
 perficit. vt dicit Cant. vi. vna est mulier sue quia
 per gratiam regenerata suis simplicitate ele-
 cta. et in electionis merito custodita hanc
 simplicitatem christus suis discipulis commendauit
 vt vices neminem simplicitate decipent nec
 dolositate turbaret di. Nathe. x. Estote